



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.7. Hæc non sine bona spe imitanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

14 *Cap. I. Qua opera sint, tempore belli,*

Deuoti, & hic annus Generalis Denotionis annus est appellatus. Mansit inde in multis ciuitatibus clara huius religionis memoria, sacris Verberantium sodalitijs eius rei monumento aliquot institutis.

VII.
HAEC
NON SINE
BONA SPE
IMITAN-
DA.

Hic talis annus à nobis nunc debet agi; nec enim mala est imitatio. Quippe, non putandum est, hos Italos esse eos, qui *Flagellantes* dicti, pro hæreticis damnati sunt; quia hi hæretici aliquot annis post emerferunt, Gregorio X. sedente. Itaq; tunc cum vniuersa Italia, & præcipuè *Hetruria*, *Emilia* atq; *Lombardia* bellis ciuilibus iactaretur, prælatam Crucem innumerabiles populorum cateruæ, à ciuitate *Perusina* vsque ad circumuicinam, & ab hac ad alteram ciuitatem sequebantur, profusis cum lachrymis misericordiam diuinam & finem tantorum malorum implorantes; & tandem tumultuantes ciues ad pacem & concordiam inuitantes. *Habuit tunc Otto Cardinalis*, ait *Bzouius*, *perspecta piorum denotione diuinare ac dicere: VICTI VICTORES VINCENT, NEC VMQVAM VINCENTVR:* *allusione facta ad Guelfæ factionis Florentinos, qui ante aliquot menses à Gibellinis profugati fuerunt: spem tamen non omnino abiecerunt,*

occissent, quam tam ex iustitia causa, tam ex
priorum precibus, tum vel maxime à diuino sub-
sidio conceperant. Hanc spem & nos concipi-
pere possumus, si eandem habeamus condi-
tionem.

Atque hîc de iustitia causæ nihil dispu-
tabo, si enim de Religione Catholica agi-
tur, tam parum de iustitia causæ, quàm de
ipsa Religione licet nobis dubitare. Possunt
quidem fluctus excitari, & nauicula Petri
fluctuare; mergi tamen illa non potest,
quamuis in ea Christus dormire videatur.
Porta inferi non proualebunt aduersus eam. Matth. 8.
Agi autem de Religione nec Sueci negant, 25
& Protestantes apertè fatentur; Catholici Matth. 16.
autem omnes vident, & experiuntur. Su-
mus itaque in hoc Italis pares, quia & tunc
contra Ecclesiam agebatur. Quamquam
autem Deus hanc tempestatem immittat ad
probandam Ecclesiam suam, vt eam exal-
tet, iuxta illud: *Antequam conteratur, ex-* Prou. 18.
altatur cor hominis, & antequam glorificetur, 12.
humiliatur; tamen etiam alias quoque quàm
plurimas causas habet nos affligendi, ob
peccata scilicet nostra. Quid enim? an tri-
bus illis innocentissimis viris innocentiores
sumus? aut sanctiores? Illi autem in horri-
bilia

VIII
CAUSSAR
SPERAN-
DI

Matth. 8.
25
Matth. 16.
18.

Prou. 18.